



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XXI. Obiectionibus occurritur, & variæ sententiæ de operante, &
cooperante gratia attinguntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

do mens nostra est mota, & non mouens, vt quilibet re, solus autem Deus est mouens, operatio Deo tribuitur, & secundum hoc dicitur gratia operans; in illo autem effectu, in quo mens nostra & mouet, & mouetur, operatio non solum tribuitur Deo, sed etiam animae, & secundum hoc dicitur gratia cooperans. Atque ita gratia dici potest cooperans, vel respectu causae suae, quia à solo operante est, quod est satis consentaneum modo loquendi Augustini; vel dici potest operans respectu effectus per illam intenti, qui est liberum velle hominis: nam Deus per illam operatur, vt velimus. Excitans autem nominatur, vel ab effectu quasi formali, quem in nobis habet, vel per illam vocem explicatur modus, quo per talem gratiam Deus operatur, vt velimus, scilicet excitando mentem, & moraliter illam inducendo. Voces autem adiuuantis, & cooperantis gratiae, satis inter se similes sunt, tamen per vnā declarationem necessitas, indigentia talis gratiae ex parte hominis, nimirum infirmitas, quae iuuanda est, per alteram verò declaratur necessitas humanae cooperationis, sine qua illa gratia non operatur.

Tertio dicendum est operantem, & cooperantem gratiam, quoad necessitatem, distinctionem, & unitatem inter se, & ad actus humanos supernaturales conferri, sicut excitans, & adiuuans ad eodem actus, & inter se comparantur. Haec assertio sequitur euidenter ex dictis, quia si gratia operans est eadem quae excitans, non potest plus, vel minus distinguui, quia etiam adiuuans, & cooperans, non distinguuntur inter se. Et eadem ratione non possunt esse minus necessariae gratia operans, & cooperans ad pietatis opera, quam gratia excitans, & adiuuans, eo quod inter se non distinguuntur. Vnde sicut supra diximus, excitantem gratiam ad opera pietatis requiri, vt dicendum est de gratia operante, quod etiam de cooperante per se euidens est. Et manifestè vtrumque probatur ex testimoniis Augustini proximè allegatis, praesertim lib. de Grat. & lib. arb. cap. 16. & 17. & ex lib. de dono persever. cap. 13. vbi ait, Nos volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: nos operamur, sed Deus in nobis operatur etiam operari pro bonā voluntate. Haec namque locutiones indefinitae limitari à nobis non possunt, & ideo vniuersalibus aequivalent. quod clariùs expressit Concilium Arausicum, cap. 9. dicens: Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum vt operemur, & operatur.

eius fauorem induci Augustinus lib. 2. de peccator. merit. cap. 19. quatenus ait, nisi adiuuante gratia superetur ad iustitiam, nemo conuertitur: nisi operante gratia sanetur, iustitia pace nemo fruitur. Sanitas enim animae confertur per habituales gratias, & tamen ait Augustinus per operantem gratiam fieri. Haec autem obiectio locum non habet, si cum aliquibus modernis diceremus, habitus gratiae operatiuos esse gratiam excitantem, quatenus ad gratiam inclinant. Ille autem modus loquendi nobis in superioribus probatus non est, quia neque est consentaneus doctrinae Augustini, & Concilium de gratia excitante, nec inclinatio habitus est vera excitatio vitalis, quae est proprius formalis effectus gratiae excitantis.

Respondet igitur (licet fortè sit quaestio de modo loquendi) iuxta sensum Augustini habituales gratias non esse operantes: nunquam enim Augustinus loquutus est de gratia habituali, quando dixit Deum in nobis sine nobis operari, vt velimus, sed de actuali gratia excitante, & vocante, vt alij graues Theologi moderni adnotarunt, Bellarmin. lib. 1. de grat. & lib. arbitri. cap. 14. §. haec doctrina. Vasquez; Valentina, & alij: loquuntur enim Augustinus in illis locis de initio salutis contra Semipelagianos, quod non sumitur à gratia habituali, quam illi fortè non negabant, sed à vocatione, inspiratione, & illuminatione, vt Concil. Trident. dixit. Item prima gratia operans nullo modo est à nobis liberè, nec dispositiue, nec imperatiue secundum Augustinum, qui ita loquitur de initio salutis: at prima gratia sanctificationis pendet aliquo modo à nobis, saltem dispositiue, imò & aliquo modo meritoriè per fidem, & poenitentiam, maxime iuxta modum loquendi Augustini in epist. 105. & 107. In verbis autem allegatis Augustinus per sanantem gratiam non intelligit solam habituales, sed auxilium cuiuscumque gratiae sanctificantis, quia licet non conferat animae formalem sanitatem, à culpa, inchoat sanitatem dando vires, quibus anima in Deum conuertatur.

Ad obiectionem ergo respondeo etiam D. Thomam reliquosque Theologos citatos praecipue declarare illam diuisionem de gratia actuali, voluntatem tamen, & commodè potuisse illas voces accommodare ad gratiam habituales secundum diuersas rationes spectatam, de quo vsu (vt dixi) concedendum non est, tum quia pertinet ad significationem, & impositionem vocum, tum etiam, quia omnis causalitas in quocumque genere vocari solet operatio, & ita habitus gratiae, quatenus cum potentia operatur, optimè dicitur cooperans, sicut etiam dicitur adiuuans: vt verò informat animam, & illam formaliter sanctificat, vel bene disponit, potest dici operans, quamuis minus propriè, & non sine metaphora, quae etiam alij vtuntur ad vocandum habitum gratiae excitantem gratiam, quatenus inclinatur, quod, vt dixi, minus vtitum, magisque improprium, ac metaphoricum est.

Secunda difficultas est, quia ex declaratione à nobis data sequitur, primum actum, quo voluntas incipit velle bonum, & odisse malum, vel quo voluntas peccatoris incipit liberè conuerti in primum actum Deum, esse à gratia cooperante consequens est falsum, ergo. Sequela nota est. Minor autem constat ex D. Thoma dicto art. 2. vbi dicit primum actum te quod falsum est, internum voluntatis, quo diligimus Deum super omnia, vel intendimus supernaturalem finem, esse tantum à gratia operante, actum verò externum esse à gratia cooperante. Intelligere autem videtur per actum externum non solum externam motionem membrorum (quia illa secundum se non

CAPITULUM XXI.

Obiectionibus occurrunt, & varia sententia de operante, & cooperante gratia attinguntur.

Circa doctrinam superioris capituli nonnullae difficultates occurrunt, ex quibus variae opinioniones Theologorum ortae sunt, quas in hoc capite expedire necessarium est. Prima est, quia non solum actualis gratia dicitur operans, & cooperans, sed etiam gratia habitualis: at verò habitualis gratia non potest dici excitans, vel adiuuans, ergo signum est hanc secundam diuisionem esse distinctam à prima, & plura comprehendere. Maior propositio est D. Thomae dicta quaest. 111. artic. 2. vbi dicit gratiam habituales, quatenus formaliter sanctificat, esse gratiam operantem, quod sequuntur aliqui auctores ex allegatis in principio capituli praecedentis: potestque in

2.
Explicatur ille loquendi modus.

Bellarmin.
Vasq.
Valent.

3.
Satisfit obiectioni.

4.
Obiectio. esse a gratia cooperante

D. Thom.

est supernaturalis, vt constat,) sed internam voluntatem supernaturalem imperantem actionem externam, atque ideo omnem voluntatem, quæ versatur circa media, vt est electio, & vfus. Illi enim modus loquendi consentaneus est D. Thomæ 1. 2. quæst. 18. artic. 6. & alius non potest hic accommodari, vt constat. Ratio autem D. Thomæ fundatur in alia doctrina eius, quod voluntas, vt est finis, non se mouet, sed mouetur ab auctore naturæ: in volitione autem mediorum iam se mouet ex præconcepta intentione finis. ita docet 1. 2. q. 9. art. 4. Ita etiam hic inquit in intentione finis supernaturalis voluntatem se habere, vt motam ab auctore gratiæ, & ideo motionem illam esse solum à gratia operante: in electione autem mediorum iam ipsam se mouere, & ideo motum illum esse à gratia cooperante, & ita intelligit Augustinum dicto lib. de gratia & lib. arb. c. 17. dicentem, Deum operari in nobis sine nobis, vt velimus, scilicet primum velle. Cum autem volumus & ita volumus vt faciamus, cooperari nobiscum, id est, quando volumus eligendo media efficaciter, & constanter exequendo illa.

5. Eandem doctrinam habet D. Thom. in 2. d. 26. q. 2. art. eamque sequitur Caiet. dicto art. 2. in prima responsione, & expositione sua; addit verò in secunda, gratiam operantem versari circa actus, qui non sunt meritorij de condigno, quia non procedunt ab habitibus; gratiam verò cooperantem dari ad actus meritorios. Hoc tamen posterius nec in D. Thoma habet fundamentum, quodego videam, neque est vitatus ille modus loquendi ideòq, admittendus non est. Eandem verò doctrinam simpliciter sequitur Soto lib. 1. de nat. & grat. c. 16. vbi etiam August. ad eundem sensum trahit. Imò etiam Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arb. cap. 14. eandem sequitur sententiam, licet in verbis discrepet a D. Thoma, quia putauit illum de propriis externis actibus fuisse loquutū. Et hac sententia abutuntur aliqui ex hærentis huius temporis, qui licetè generatim non consentiant cum Caluino, & Luthero in neganda libertate, saltem primum actum conuersionis dicunt non esse liberum, quia est à sola gratia operante, & ita non sit, à nobis. Quapropter licet inter Catholicos in hoc non sit in re dissensio, & ideo in illa explicatione gratiæ operantis, fortè sit solum controuersia de verborum vsu; nihilominus, hoc tempore cautè loqui oportet, remque ipsam satis explicare.

6. Perfitendo igitur in ſententia poſita in capite ſoluitur ob præcedenti, dico primum actum dilectionis Dei ſufficientio concludendo per omnia, vel conuerſionis liberæ anime in Deum, vel in quemcuq; primum finem, non ſolum à gratia operante, ſed etiam à cooperante. Præterea pars ſine controuerſia admittitur, & ideo vt alteram probem, ſuppono, huiusmodi actum eſſe perfectè voluntariū, ac liberū, ideoq; & à noſtra voluntate & effectiue, & cum domino heri. hoc eſt de ſide definitum in Tridentino, & infra eſt latè tractandum. Vnde certum etiam eſt voluntatem non ita moueri ab alio, in alio, in illo actus, quin etiam ipſe ſe moueat, & phyſicè, & aliquo morali modo; phyſicè quidem, quia in ſe eſt motum illum, nihil enim aliud eſt mouere ſe, vel alium, quàm in ſe, vel in alio efficere motum. Moraliter vero, quia liberè ſe mouet, & motio libera moralis eſt, & ideo talis actus poteſt eſſe meritorius de condigno, & in pueri baptizato perueniente ad uſum rationis; vel ſaltem poteſt eſſe moralis diſpoſitio, vt conſtat. Hinc ergo concludo talem actum eſſe propriiſſimè à gratia cooperante, quia ſine illa nihil ſupernaturalè poteſt voluntas noſtra liberè operari. quod etiam patet ex verbis illis Concilij Tridentini cap. 5. ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtifica-

tionem, idem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando disponuntur. Ecce ad vicinā dispositionem gratiæ cooperatur peccator, cui autem cooperatur, nisi gratiæ? Ergo illa dispositio est à gratiā cooperante: est autem illa dispositio actus in mem rennens, vt constat; ergo. Idem confirmant verba can. 3. in quo actus amoris Dei, & conuersionis dicuntur esse à gratiā adiuuante, quæ eadem est cum cooperante, vt ostendimus.

Præterea hanc fuisse mentem, & sententiam Augustini probamus ex illa sententia eius 2. quæ in libro vi. super illud apostoli ad Galatas cap. 9. *Quoties bona agimus, tunc debemus* p. 100
Deus in nobis, & nobiscum, ut operemur, operatur. per quæ verba conuersum gratia operantis, & cooperantis, declaratur, & ad omnia opera bona, id est, pietatis postulat. Inter illa autem bona maxime computatur ipsa conuersio, & liber conuersus ad vocationem, de quo consensu aperte loquitur Augustinus lib. 2. contra 2. epistolam Pelagianæ cap. 2. cum dicit: *Quamvis nisi adiuvante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen apertum illius adiumento, & opere nostro.* Aperire autem os vocat, consentire primæ gratiæ vocanti: unde subdit, nam quid est præparare cor, & os aperire, nisi voluntatem præparare, ergo illam et primæ conuersio & dispositio fit à Deo adiuvante, ergo Deo cooperante. Est ergo ille actus etiam à cooperante gratia præstetur in lib. de grat. & lib. arb. c. 17. loquens de primo amore, vel imperfecto, vel perfecto Dei, dicit: *Quæ parum dare cooperat charitatem, nisi illi quæ parat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit.* Quoniam ipse vt velimus, operatur incipiens, quæ voluntatem cooperatur perficiens. Dicitur autem homo simpliciter velle, quod libera, & efficaci voluntate vult; ergo talis voluntas etiam ipsi sit prima, est à gratia cooperante. Vnde est conuersio quoties actus est à sola gratia, dicitur fieri à solo Deo, quia non fit à nobis liberè, nam statim subdit, *vt velimus*, sine nobis operatur; ergo & contrario quod actus est liber, etiam ipsi sit primus, est à gratia cooperante. Et ideo adiungit, *Cum autem volumus, & sic volumus, vt faciamus*, id est, cum efficaciter volumus, nobiscum cooperatur. Et tandem concludit, *tamen sine illo vel operante, vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus.*

Et in eadem sunt sententia Prosper 2. de vocat.
gent. c. 9. aliàs 26. & Anselm. in id. 1. Corinth. 15. Non Cōsentim
ego, sed gratia Dei mecum, & opime Bernard. in lib. de tri Prof
gratia & lib. arb. in principio, vbi sic inquit: Gratia Antio
operantis salutem cooperari dicitur liberum arbitrium, dum Ben
consentit, hoc est, dum saluat. Consentire enim salua-
ri est, vtique secundum præsentem iustitiam, vel si
perseueratur. Igitur omnis consensio libera, & su-
pernaturalis præstitus gratiæ vocati, seu operanti,
siue sit poenitentia, siue amor Dei, siue ipsa vo-
luntas credendi, est à gratia cooperante, quia non
cooperatur lib. arbitrio nisi gratiæ, vt sæpe dictum
est. Vnde tacite Bernardus exponit Aug. vt quoties
dicit, Deus operando incipere salutem in nobis, in-
telligitur de initio illo gratiæ vocantis, quod ante-
cedit consensum, quia cum adest consensus, iam non
est tantum initium salutis, sed salus ipsa, & ideo iam
non solum Deus operatur, sed etiam nobiscum co-
operatur, & ideo quoties Aug. soli Deo tribuitur ope-
rari, vt velimus, loquitur de operatione perillumina-
tionem, & inspirationem, per quam moraliter
Deus operatur, vt velimus, etiam si nos nondum
velimus donec liberi consentiamus.

Vnde etiam fit, gratiam operantem, non solum dari ad primum velle, seu ad intentionem animi, sed etiam ad electionē mediōrum, & ad externos actus, seu volitiones efficaces eorum. quod probatur ex Aug. de dono persever. c. 13. dicente: Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle, nos ergo operamur.

sed Deus in nobis operatur, & operari pro bona voluntate. Et ita loquitur Scriptura, *faciam ut faciatu*, & in preceptis meis ambuletis. quæ verba & opera externa, & voluntates eorum, seu mediæ comprehendunt. Denique ex tota doctrina Augustini, q. 2. ad Simplician. & de Spirit. & liter. cap. 34. & aliis locis, quæ infra tractando de gratia efficaci ex professo ponderabimus, constat gratiam illam, quæ Deus facit, ut velimus, vel ut operemur, operantem esse; ergo gratia operans non solum ad internum velle per modum intentionis, sed etiam voluntatem exequentem, & operantem est necessaria.

Quapropter non sunt ita distinguendæ istæ duæ gratiæ, ut quidam actus supernaturalis sint ab una, & quidam ab alia, sed ita ut singuli sint ab utraque diverso tamen modo, nam ab operante sunt præueniendo, & inspirando, ut velimus, & faciamus: à cooperante autem simul influendo cum voluntate, quando liberè velle incipit. Et ideo quoad hoc non oportet distinguere inter actus supernaturalis, & antecedentes iustificationem, quia non solum dispositiones proximæ, sed etiam remotæ ad iustitiam, quatenus sunt actus liberi supernaturalis à gratia cooperante, sunt simul cum operante, ut comit. ex dictis. Et similiter non est necesse distinguere inter actus meritorios, vel non meritorios, quia si sit sermo de merito de congruo in omnibus actibus liberis, & supernaturalibus, seu ex fide procedentibus, inueniri potest, iuxta doctrinam Aug. epist. 107. Si vero sit sermo de condigno, dispositiones saltem remotæ ad iustitiam non sunt meritorie de condigno, nec vltima ut ordine naturæ antecedat gratiam, & tamen sunt ab utraque gratia, ut ostensum est. Fructus etiam iustitiæ, qui sunt meritorij de condigno, non solum sunt à gratia cooperante, sed etiam ab operante, seu antecedente, ut loquitur Tridentinum sess. 6. cap. 16. Quæ omnia sunt consentanea his quæ supra de gratia excitante, & adiuuante diximus, & ex illis necessariò consequuntur, cum hæ gratiæ respectu eadem sint ut etiam docuimus.

Ad obiectionem ergo concedimus sequelam, & ad D. Thom. respondemus, nunquam negasse doctrinam traditam, quatenus ad rem ipsam spectat. Nā q. 109. art. 6. expressè docet hominem disponere se vltimate ad gratiam per liberum arbitrium cum gratia Dei: idem autem est se disponere, quod se mouere, & q. 113. art. 6. & 8. inter requisita ad iustificationem ponit motum lib. arbit. qui rectè non potest esse ab ipso, nisi cooperante gratia Dei. Igitur in alio loco solum explicuit voces operantis, & cooperantis gratiæ secundum aliam considerationem, & alio loquendi modum moraliter, & physice accommodatum. Nam licet voluntas in omni actione libera se physice, & moraliter moueat, quasi per antonomasiam dicitur se mouere moraliter, quando non solum actionem, sed etiam principium actionis à se habet. Atq; hoc modo dicitur se mouere in deliberationibus circa media, cum ex præconcepto sine ad consultandum de medijs se applicat: & in sensu huius oppositò dicitur non se mouere in prima intentione finis, non quia non efficiat liberè illum intentionis motum, sed quia illum elicit ex inclinatione, & motione accepta ab auctore naturæ, vel gratiæ. Et cum ea proportionem dicitur ille primus actus, etiam si liber sit esse peculiari modo à gratia operante, comparatione aliorum, qui sunt circa media eligenda, vel exequenda, non quia non sit etiam à gratia cooperante, sed quia in eo maiorem vim & efficaciam habet instinctus, & distinctio gratiæ operantis; & cum eadem proportionem alij actus dicuntur esse à gratia cooperante, non quia non etiam fiant in virtute operantis gratiæ, sed quia non ita proximè, & immediatè sunt

ab illa, sed mediante intentione, de liberatione, ad consultationem, quæ cum operante gratia sunt. In hoc ergo sensu sustineri potest ille modus loquendi Diui Thomæ, de quo iterum in sequentibus redibit sermo. Accipiendus verò est, ut dixi; per quandam vocem extensionem, seu accommodationem, nam proprius sensus sine dubio est, quem antea exposuimus.

Tertia difficultas est, quia gratia operans apud August. est illa, quæ efficaciter applicat voluntatem ad velle, ut ex locis citatis constat: sed gratia excitans non ita applicat voluntatem; ergo non sunt idem. Propter hoc Greg. in 2. d. 28. q. 1. concl. 1. & d. 12. dicit gratiam operantem non esse excitantem, neque etiam adiuuantem, sed quandam gratiam mediam, quam possumus vocare applicantem, quia secundum illam datur ad applicandam voluntatem excitantem, ut cum effectu velit, & quia solus Deus est, qui applicat illum cum efficaciam, ideo talis gratia dicitur operans. Cum qua opinione Greg. in re videtur coincidere recentiorum sententia, de auxilio ita efficaci, ut physice prædeterminet voluntatem, quod necessarium esse dicunt ad omnes supernaturales actus, & à solo Deo in nobis fieri. Et ideo dicunt gratiam operantem esse, vel solum illud auxilium physice prædeterminans voluntatem, vel certe illud esse operans, quasi per antonomasiam, & ad hoc significandum vocant illam gratiam præoperantem, quæ vox apud August. (ut ego sciam,) non inuenitur, sed semel apud Prosperum in epistola ad August. ut supra notauimus. Vnde inferunt gratiam operantem realiter distingui ab excitante, tum quia excitans non ita determinat voluntatem, sed operans illi additur, ut consentire faciat voluntatem; tum etiam, quia excitans gratia non efficit physice consensum liberum: gratia verò operans illum physice facit, & facere facit. Vnde consequenter hanc eandem gratiam dicunt esse operantem, quatenus à solo Deo sit; cooperantem verò quatenus consensum simul cum voluntate facit. Atque ita concludunt operantem & cooperantem gratiam nec in re distingui, & indicant nunquam separari.

Sed hæc parum obstat doctrinæ datæ in præcedenti capite. Nam opinio Gregorij in primo libro à nobis reiecta est; altera vero sententia de gratia præoperante efficaciter ac physice prædeterminantia, te in lib. 5. ex professo tractanda, & impugnanda est. Nunc breuiter ad ea quæ P. Aluar. in disp. 81. tangit, respondebo. Et in primis dico ipsum non posse consequenter negare gratiam operantem esse gratiam excitantem. Nam in disp. 74. n. 4. dixerat primam gratiam præuenientem, & excitantem non esse actum vitalem: illa autem gratia, si datur, est gratia operans sine dubio, quia est gratia actualis, quam solus Deus operatur in nobis, quod ipse fatetur sufficere ad gratiam operantem; ergo illa gratia operans, & omnis similis motio præuia virtuosa, & efficax, ut ille loquitur est gratia excitans.

Vnde sit vltimus nunquam distingui realiter gratiam operantem ab excitante, quia operans semper est excitans, iuxta illius sententiam; & è contrario gratia excitans semper est operans. Nam esto detur aliqua gratia operans, quæ sit etiam physice cooperans, vel prædeterminans voluntatem, non tamen propterea dicendum est hoc esse de ratione gratiæ operantis, ut sic, quia sine illa dubitatione actus vitalis gratiæ excitantis, sunt auxilia gratiæ operantis. Nam Augustinus, Prosper, Bernardus, & alij Patres, imò Concilia Tridentinum, & Arausicanum per illos actus dicunt Deum operari in nobis, sine nobis, & omnes moderni Scriptores hos actus in primis ponunt inter gratias

12. Obiectio. Gratia operans applicat efficaciter voluntatem ad velle, ex Augustino quod non facit gratia excitans, ergo non sunt idem.

Gregori.

13. Reiecitur hæc sententia.

Aluar.

14. Nunquam gratia operans distinguitur ab excitante.

tias operantes, vt videre precipue licet in Soto, Bel-
larmino, Stapletonio, Valentia, & Vega. Licet enim
interdum alias significationes, vel etiam alios mo-
dos gratia operantis admittere videantur, nihil-
ominus primo loco sub eo genere ponunt motus
gratia excitantis; ergo semper gratia excitans est
operans, & e conuerso. Vnde vltius fit non recte
dici, eas realiter distingui, nisi forte eo modo, quo
vna gratia excitans potest ab alia realiter distingui,
nisi forte eo modo, quo vna gratia excitans potest
ab alia realiter distingui, quia etiam potest differre
in modo excitandi, & operandi iustificationem.

Confirmat.

Addimus verò vltius nullam talem dari gra-
tiam operantem, quæ proprie, & vitaliter excitans
non sit; negamus enim dari motionem illā, vel au-
xilium efficax prædeterminans, quod ex parte in fi-
ne huius libri probabimus, quatenus id tribui solet
concursum generali Dei, partim in lib. 5. quatenus id
spectat ad proprium gratia auxilium, quod efficax
dicitur; de quo vt præueniens est, ibi ostendimus
non esse necessarium; vt physicè nos faciat con-
sentire, vel vt ipsum consensum physicè efficiat,
sed sufficere vt moraliter id faciat; nam physicum
principium aliud est, vt supra cap. 18. ostensum
est: præter principium autem, seu actum primum
physicè cooperantem ad actum, non est necessa-
rium aliquid aliud physicè concurrere præter
Deum ipsum, per simultaneum concursum influ-
entem; vt in discursu huius libri ostendam. Nec
huic doctrinæ obstat, quod eadem gratia operans,
possit fieri cooperans, quia in gratis actualibus sa-
tis est quod moraliter cooperetur, sicut de fide di-
xit Iacobus cap. 2. & Trid. sess. 6. cap. 10. coopera-
ri operibus iustorum, & sicut supra diximus, exci-
tantem gratiam moraliter iuuare, nam eodem mo-
do loquendi est gratia cooperans, quæ nullo modo
dici potest operans, scilicet ipsum actuale auxi-
lium imbibitum in actione nostra, qua Deus ope-
ratur nobiscum: nam illud esse non potest sine no-
bis cooperantibus, & ita nullo modo potest esse
gratia operans, sicut etiam ita est adiuuans, vt non
sit excitans; & sic in omnibus seruatur illæ gratia
proportionem, vt diximus.

Iacob.
Trident.

16.
Gratia ope-
rans non est
perpetuū
efficax.
Aluarez.

Addo denique, gratiam operantem non semper
esse efficacem; nam inde fieret esse inseparabilem
à consensu, quod dici non potest. Probatur seque-
la. Primo ad hominem contra P. Aluarez, qui
ille asseruit gratiam operantem physicè infundi
ante gratiam excitantem: at gratia excitans potest
esse inefficax; ergo quoties gratia excitans est inef-
ficax, etiam prior gratia operans est inefficax. Dicit
forte illam gratiam operantem esse tunc ineffica-
cem ad consensum, non verò ad ipsam excitatio-
nem; sed hoc in primis nihil est, nam etiam ipsa
gratia excitans est efficax ad excitandum. Deinde
ipse in secunda conclusione expressè loquitur de
efficacia ad consensum efficiendum, & determi-
nandam voluntatem, vt illum præbeat, & absolute
docet gratiam operantem habere illam efficaciam.
Non est ergo illa efficacia de ratione gratia ope-
rans, quidquid nunc sit, an aliqua gratia ope-
rans possit illam habere. Obiter tamen aduerto
cauendum esse aliud extremum dicentium gra-
tiam operantem esse inefficacem, & solam coope-
rantem esse efficacem, quod sentit Palaci in 2. diff.
26. dum ait Deum mouere voluntatem efficaciter,
& inefficaciter, & quando mouet efficaciter, gra-
tiam esse operantem quando inefficaciter, gratiam
esse cooperantem. Sed licet hoc posterius verum sit,
quia gratia cooperans inuoluit hominis coopera-
tionem, & ideo quantū ad illum actum, propter quē
datur, semper est efficax. Nihilominus illud prius
non est verum, quia gratia operans abstrahit ab ef-
ficaci, & inefficaci, sicut gratia excitans, vel voca-
tio, vt in lib. 5. ex professo probabimus.

Palaci.

CAPVT XXII.

Augustini sententia de gratia operante,
& cooperante, amplius exami-
natur.

Quarta difficultas sumi potest ex celebri testi-
monio Augustini lib. de Grat. & lib. arb. cap. Verba
17. quod censetur esse præcipuum huius di-
uisionis fundamentum. Vbi autem prius dicitur
eum, qui vult seruare præceptum, & non potest
habere voluntatem paruum, seu inualidam, quam
vocat imperfectam charitatem; eum vero, qui
vult, & potest seruare præceptum habere volunta-
tem robustam; quam e conuerso perfectam chari-
tatem appellat. Et statim subiungit: Quisquam, qui
paruum, dare cooperat charitatem, nisi ille, qui præparat
voluntatem, & cooperando perficit quod operando incipit.
Quoniam ipse vt volumus operatur incipiens, qui volens
cooperatur perficiens: propter quod apostolus, Car-
tus sum, quoniam qui operatur in vobis opus bonum, per-
ficit vsque in diem Christi Iesu. Vt ergo volumus, sine no-
bis operatur: cum autem volumus, & sic volumus, vt
faciamus, nobiscum cooperatur: tamen sine illo, vel ope-
rante, vt volumus, vel cooperante cum volumus, ad bo-
na pietatis opera nihil valeamus. De operante illo, vt vo-
lumus, dictum est. Deus est enim qui operatur in nobis, &
velle, de cooperante illo, cum iam volumus, & volendo
faciamus: scimus (inquit) quoniam diligentibus Deum
omnia cooperantur in bonum. Videntur ergo ex senten-
tia Augustini gratia operans, & cooperans non
distingui, nisi quia operans præbet charitatem, perfectam
vel voluntatem imperfectam, cooperans autem
perfectam. Quoties tamen aliqui modernius ad id
asserendum conuincuntur, & consequenter ad-
ducunt priorem charitatem dici à gratia operante,
quia prima gratia sine meritis datur; posteriorem
verò esse à gratia cooperante, quia perfectio cha-
ritatis sub merito cadit. Et videntur esse expo-
sitione consentanea verbis Augustini, quia charitas
imperfecta non est motus indeliberatus, sed liber, motus
qualis fuit in Petro, quando dixit Christo, Si opor-
tuerit me mori tecum, non te negabo. quo exemplo vi-
tut Augustinus: & tamen illam charitatem imper-
fectam tribuit gratia operanti; ergo per gratiam
operantem non intelligit motus indeliberatos gra-
tia excitantis, sed motus liberos imperfectos, qui
sub merito non cadunt.

Hæc tamen expositio, neque veram doctrinam
continet, neque consentaneam aliis locis Augu-
stini. Vnde necesse locum illum aliter interpreta-
ri. Primum probo quod iuxta illam expositionem
Augustinus loquitur de charitate habituali perfe-
cta, vel imperfecta, vel de actibus charitatis per-
fecto, vel imperfecto. Primum membrum inforti-
tate ille auctor cum probat charitatem imperfectam
fieri in nobis à Deo sine nobis, quia prima gratia
absque meritis datur, non enim loqui potest de
gratia actuali, quia hæc est gratia excitans quam
ipse excludit; ergo necesse est vt de habituali lo-
quatur. Vnde consequenter subdit charitatem
perfectam cadere sub merito, quia augmen-
tum gratia ex meritis datur, quod planè intelli-
gitur de gratia habituali. At idem, aucto inferius
dicit, alienum fuisse à mente Augustini diuilio-
nem illam accomodare ad gratiam habitua-
lem, quod & nos supra diximus, & est evidens, sal-
tem in dicto loco Augustini, quia manifestè de
actibus loquitur. Item quia si de habitu loqueretur,
non potuisset cum fundamento dicere, Pe-
trum, cum dixit Christo, Si oportuerit me mori tecum,
non